



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XVIII. De irregularitate ex Hæresi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

inibus non presumitur, nolle admitere ad ceteros?

Respondeo, id nihil aliud probat, nisi facilitatem obtinendae dispensationis à Summo Pontifice, non vero concessi nem potestatis dispensandi in Episcopo, nisi forte ex universali doctrina, quando, necessitate urgente, aditus ad Pontificem haberi non possit. Sed in re, de qua agimus, quando tanta necessitas?

12. Altera difficultas. An Episcopus post Trident. possit dispensare ad Sacros Ordines, &c. hominem ex occultae copula illegitimum.

Respondeo. Ita putant nonnulli ut Piar. de irreg. q. 1. n. 331. Peyr. de Pr. l. Rel. q. 2. §. 5. 9. c. 143. Layman. l. 1. n. 5. §. 5. dicens, id esse probat. Gerunda de Episcopatu l. 2. d. 5. c. 2. n. 7. Cornelius, Avila, Pellicz. apud Dian. l. c. qui hanc sent. probal. item vocat, quia Tridentinum concedit Episcopis posse dispensare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto: sed iam dicta irregularitas est ex delicto occulto parentum, ergo, &c.

13. Verum hic difficultas firmus nullo modo est, teste Suar. d. 50. de Conf. sess. 5. n. 5. Coninch. Nav. Castropal Dian. l. c. siquidem ex contextu Tridentini illud (ex delicto occulto) intelligitur de delicto proprio, non alieno.

CAPUT XVIII.

De Irregularitate ex Hæresi.

§ I. Quinam, ratione hæresis, irregularitate afficiantur?

1. Hæresis formalis publicæ, ut item Apostasia, quæ dictam hæresim involvat, siue hæ sint commissæ à Clerico, siue Laico, directi in iure irregularitatem, nullus ignorat. Tunc vero est hæresis formalis, quando voluntarie negat aliquem fidei articulum, tunc publicæ, quando crimen est notorium, vel per evidentiam facti, vel per iudicis sententiam, vel per propriam confessionem in iudicio.

2. Per hæresim autem occultam, quamvis externam, admodum probabile est, nullam irregularitatem incurri (nam per solam internam nullam incurri, certum est ex alibi universali ter supradictis) Ratio dictæ probabilis est, quia iura semper loquuntur de publica, & ex alia parte, ut ad satisfactionem, sæpe monuimus, irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis. Ita Doctores non pauci ut Sayr. Avila, Hent. cum Laym. l. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. num. 21. alisque cum Thef. V. Hæresis cap. 1. & Barb. in T. ident. sess. 2. cap. 6. de Reform. contra Sanctarellum, de Hæres. quest. 192. num. 67. aliosque apud Dianam part. 4. tr. 2. c. 46. & Castrop. l. 1. tr. 4. d. 4. n. 4. Quia Doctores advertunt ipsi hæresi annexam esse suam irregularitatem, etiam præscindendo ab infamia, licet Gibalino, de irreg. cap. 5. §. 2. alisque ab ipso citatis placeat, non esse annexam, nisi ratione infamiae, quod non credo.

3. Nota, hanc irregularitatem, in quam labitur hæreticus, esse ex se perpetuam, ac durat, etiam post penitentiam, & etiam post dictæ hæresis abiurationem. Solum ex quodam Textu colligit Hurtadus loco mox citando Clericum conversum ab hæresi, licet non possit ascendere ad alios Ordines, posse tamen sine dispensatione suscipere uti. Sed id negat Cast. de Conf. d. 6. p. 39. §. 4. num. 2.

4. Aliqui ex prædictis Doctoribus dicunt, hanc irregularitatem incurri à Fautoribus, & Accipatoribus Hæreticorum. Sed G. Hurt. d. 2. de irreg. diff. 3. difficile indicat, hos esse prohibitos ordinari; Iura enim solum videntur eos reddere inhabiles ad Beneficia, & Officia publica, quorum nomine non venit Ordo, ut ipse ibid. probat, si quæ Bullæ in contrarium asserantur, eas non esse in usu, idem affirmat ex Avila. Id certe probabile est, quod etiam sequitur idem Gibalinus loc. cit. quest. 4. num. 11.

Part. III.

6. Inquiret primo. An, qui sine interno errore intellectus, externè, & publicè hæresim præfert, incidat in irregularitatem?

Respondeo, Filliuc. tract. 20. n. 230. & propendit Castrop. d. 6. de cas. p. 19. §. 1. n. 4. alique tenent, non incidere, quia verè ut si non est hæreticus. Incidere, fustinet Sanctarellum cum communi, quia hic secundum forum externum, secundum quod iudicat Ecclesia, hæreticus est.

6. Mihi verior sit Filliucij sententia; neque enim odiosa sunt extendenda, sed potius restringenda, nam propterea suspectum de hæresi hac irregularitate nequam puniri merito docet Coninch. Sanch. & alij apud Dianam l. c. ref. 47. & 48. Castrop. Thesaurum V. Hæresis. 1. quia, neque hic est verè hæreticus, ut supponimus, quamvis sit de illa suspectus.

7. Ex dictis fit, ut nec primo, purus schismaticus, qui est ille, qui nullam habet admixtam hæresim, nec secundo, Simoniaci, ut vult Suar. de Reliquiis. 1. tract. 3. lib. 3. c. 56. n. 18. & c. 58. n. 22. L. filius l. 2. c. 35. n. 136. in fine, quamvis in iure aliquando comparentur, propter Simoniam enormitatem, hæreticis, & quamvis sint suspensi, & excommunicati, nec tertio, Sortilegi, Variatores, Magi incutes pactum cum Damone, illumque coactos, invocantes, consulentes, nisi admixtum habeant errorem intellectus, atque adeo, nisi hæresi inficiantur, fit, inquam, ut hi, & similes non sint irregulares, quia non hæretici, quicquid dicat de ultimis Maiolus de irreg. §. 45.

8. Sed quid, si prædicti de hæresi suspecti cogantur à Sacris Inquisitoribus abiurare de vehementi, eruntne tunc irregulares.

Respondeo. Ita putat Azor. apud Dianam. p. 4. tract. 2. ref. 47. Verum Suarez Sanch. Sanctarelli. Sà, Villalobos, Garzias, apud eundem Dianam, alique merito negant. Ratio est, quia ex una parte irregularitas est quidem imposita hæreticis, sed non abiurantibus illam, & ex alia, si quam infamiam ex suspicata hæresi aliquis contraxit, iam illam purgavit per abiurationem, sicut purgantur suspiciones aliorum delictorum per purgationem Canonicam.

9. Confirmat primo Garzias, quia ita resolutum fuit in Rota.

Confirmat secundo, quia cum Prælati quidam abiurasset de vehementi, & postero die Missam sine alia dispensatione celebrasset, approbata fuit (inquit) eiusmodi actio à Summo Pontifice, & à tota Romana Curia commendata.

10. Ego puto, hæc rectè dicta esse, considerata dumtaxat suspitione hæresis, & sique abiuratione; ceterum si præter hæc addit infamia, siue facti, siue iuris in eo delicto, ratione cuius aliquis abiuret, evitari non potest irregularitas infamiae iuxta dicta cap. 10. §. 2. præsertim num. 18.

Obiter item hic scito, ad illud Decretum Urbani VIII. 1626. reddens inhabiles ad omnes gradus, & officia suæ Religionis Regulares Penitentiaros à Sacra Inquisitione, etiam si tempus penitentiae expleverint, exceptis tamen penitentibus salutaribus. Vid. id apud Lezanam p. 1. c. 15. §. 39. eiusmodi penitentias explicantem.

Descendentes ab Hæreticis, an irregulares?

11. Non solum ille, qui in formalem hæresim, modo dicto, incidit, est irregularis, verum etiam eius descendentes, ut fert communis opinio, apud DD. mox cit. Descendentium autem nomine intelliguntur hic filij, etiam illegitimi, & filiorum filij usque ad secundam tantum generationem, quando pater fuit hæreticus, nam quando mater, intelliguntur solum filij. Adest tamen in hac communi sententia, quintuplex exceptio, nam primo, non comprehenduntur descendentes ab hæreticis, contra quos non processit probatio hæresis. Secundo, nec descendentes ab hæreticis emendatis, & iam cū Ecclesia reconciliatis. Tertio, non comprehenduntur filij nati post commissum

O o 3 delictum

delictum hæresis à Patre. Quarto, nec, qui nascitur à Patre hæretico in iis regionibus, ubi crimen hæresis infamiam non affert, ut in Anglia, & multis Germaniæ partibus. Quinto, nec filius, qui patrem hæreticum Inquisitoribus denunciavit.

12. Præterea communis opinio (de qua tamen Tollerius lib. 1. cap. 25. num. 8. dubitat, quia Textus non sunt clari) docet etiam descendentes modo dicto à Fautoribus, & Receptoribus Hæreticorum infici eadem irregularitate. Sed certè negandum, prædictos descendentes esse irregulares, quoad suscipiendos, exercendosque Ordines; solum enim sunt irregulares, quoad Officia, & Beneficia Ecclesiastica (& quidem cum prædictis quinque exceptionibus) sicut quoad hæc, solum sunt irregulares ipsi Fautores, & Receptores, ut diximus n. 4. Ratio est, quia iura loquuntur de prædictis descendentes solum eos remouent ab officiis, & beneficiis: at Ordo, nec Officium est, nec Beneficium. Ita G. Hurt. de irregul. d. 2. d. 3. num. 9. & Gibalinus de irregul. cap. 5. quest. 4. num. 2.

13. Denique hic per occasionem nota, doceri ab Avila quem citat, sequiturque Gasp. Hurt. loc. cit. ex quorundam Doctorum praxi, Constitutiones Pii IV. cum extensione Gregorii XIII. prohibentium descendentes Hæreticorum, Iudaorum, & Sarracenorum, ne suscipiant Ordines, non esse usu receptas.

§. II. Quis dispenset irregularitatem ex hæresi.

1. DE Summo Pontifice non est dubium, de Prælati Regularium, & Commissario Cruciatæ dixi breviter supra cap. 15. §. 18. Hic ergo solum debet esse sermo de Episcopis, Episcopali quoque Iurisdictione fungentibus.

2. Ex suppositione sententiæ aliquorum dicentium, oriri irregularitatem ex hæresi occulta, Dico, esse valde probabile, eam posse ab Episcopo dispensari. Cum enim Tridentinum concedat Episcopis, eos dispensare posse in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, & ex probabili sententia, quam alibi diximus supponamus, hanc potestatem non esse ab ipsis ablatam à Bulla Cœnæ, si quis potest eos dispensare, etiam in hac irregularitate ex hæresi occulta.

3. Dico secundo, Episcopum non posse dispensare in irregularitate orta ex delicto hæresis publico, vel deducto ad forum contentiosum: id, quod constat ex dicto Trident. sess. 24. c. 6. de Ref.

4. Solum hic non erit inutile scire, aliquos, ut Ioan. Præp. de irreg. d. 5. dub. 7. Santarellum de hæresi cap. 25. dub. 21. Castrop. mox citandum, docere, Episcopum posse ad usum aliorum Ordinum, præter usum Sacerdotii, dispensare eum (utique reconciliatum) qui Ordines suscepit ante lapsum in hæresim: quod certè improbabile non est. Ita ex Decreto Pii V. apud Peñam in Diver. Inquisit. p. 3. comm. 175. insinuatque Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 25. n. 5. Azor. p. 1. lib. 8. cap. 2. §. 8. Castrop. de Cens. d. 6 p. 19. §. 4. n. 2. Et hic per hanc occasionem adverte, Primum V. prohibuisse, ne Inquisitores ipsi dispensarent Presbiteros conversos ab hæresi ad Missam celebrandam: quod vide latius apud Santarellum de hæresi cap. 25. dub. 3. num. 6.

CAPVT XIX.

§. I. De Irregularitate orta ex administratione officii temporalis, & obligatione ad rationem.

1. AFFinis est hæc irregularitatis causa ei, quæ aliquanto superius dicta est, à defectu libertatis, per utramque enim est quis alteri obligatus.

Qui ergo sunt adstricti ad administrationem rerum

temporalium alterius, & ad reddendam de ea rationem, sive quoad actiones, quas tempore administrationis exhibuerunt, sive quoad bona, quæ tunc administraverunt, & 3. dist. 51. & C. 3. dist. 54. dum ea obligatio per se sic enim obligati, sunt minus apti ad functiones Sacras ac divina officia.

2. Sub nomine autem horum administratorum, quo uno nomine, Curiales appellant Sacri Canones, comprehenditur quilibet administrator rerum publicarum, puta Thesaurarius, Depositarius publicus, Advocatus, Actor, Executor, Magistratus, quos iuratos nos appellamus, Iudex, Capitaneus, Prætor, Sates, Solicitor, Procurator, Commissarius, Nuntius publicus. Comprehenditur etiam, ut notat Suar. d. 51. de cens. §. 3. n. 9. G. Hurt. d. 2. de irreg. dist. 18. Castrop. de cens. d. 6 p. 13. n. 7. Procurator petitor æ privata, quicquid neger Toleros, n. 10. Feudatarius, qui obligatur obsequia personalia Domino Feudi exhibere, Dux, Miles, Atres Praefectus, Tutor, Curator.

Excipiuntur tamen Administratores Episcoporum, & rerum Ecclesiasticarum, quavis temporalium, unde, ut Tutores pauperum, seu miserabilium personarum, & que adeo Viduarum, Pupillorumque valde indigentium, seu alio adjutore carentium: hæc enim cum sint opera pietatis, Clericalem statum nequaquam debeat, imò in praxi video, aliquibus in locis, nullum Tutorum expelli ab Ordine: unde colligo, hæc in re multum valere consuetudinem, & morem Ecclesiasticum. Excipiuntur item saltem ex consuetudine, & tacita Pontifici concessione Consilarii Regii tractantes res curie dumtaxat. Hæc fusiùs tractata habet apud Suarium Gelpareum Hurtadum, Layman, Castropalum, etiam alioque.

3. Quoniam vero hæc, quæ dicimus, tria involvunt. Primo, officii administrationem. Secundo, obligationem ad reddendam rationem. Tertio, post redditam rationem, obligationem ad solvendam summam aliquam pecuniæ, vel ad luendam aliam penam ipsi veli danti, ideo non ignoret, irregularitatem hanc oriri ex sola officii administratione, & item (ex mea, aliorumque sententia contra Tolerum apud G. Hurt. l. c.) ex sola obligatione ad rationem, quod solet venire, quando, depositio officio, nondum parti in Rationem satisfactum est, & multo magis ex utraque. At ex obligatione ad solvendam penam post redditam jam rationem, eliminandum est.

4. Si post redditam rationem, nullo interveniente dolo, remaneat quis adstrictus alicui alieno, vel penæ non infamæ, probabilis est, secundum Suar. loc. cit. num. 21. Castrop. loc. cit. n. 11. G. Hurt. loc. cit. Diana p. 4. trad. 2. ref. 98. non esse prohibendum ab Ordine, quia jura de hac re (quæ cum sunt odiosa, sunt restringenda) loquuntur de obligato ad rationem, non vero de obligato ad solvendam debitam ex datis jam rationibus, sicuti, nec loquuntur de debitis ex aliis contractibus, nam propter, si ex contractu v. g. mutui, vel emptionis, vel de pretio & similibus nullam administrationem alterius continere, quamcumque summam alteri debeas, irregularis ex hac capite non eris.

At, si remaneat adstrictus ex dolo, vel certè, si probabiliter timeatur, ne moveatur lis de dicto dolo, erit ex capite infamæ, vel probabilis periculi, ne succumbat liti, infamis sit, erit, inquam, arcendus ab Ordine, donec lis finiat.

Debet tamen definiri tempus ad litem terminandam, ne adversarius nimis in longum eam trahat, ut rectè notat Sayrus, de Censur. lib. 6. cap. 14. numero 8.

5. Inquires: Si quis, dum est in officio publico, & dicitur (sanè cum peccato gravi, quia prohibitio de re gravi est) licite poterit Sacras functiones peragere, & in officio persistere.

6. Respondeo, nequaquam cum Sayr. loc. cit. & To-